

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Simplicitas h
cum fonte primo

De beato Iob dicitur
quia uir erat simplex et rectus,

simplex uidelicet per innocentiam
mansuetudinis, rectus per cautelam
discretionis, simplex quia nullum ledere
immo cunctis prodesse desiderabat,
rectus quia se a nullo corrumpi
permittebat.

Beda de templo Salomonis super
Parabolas libro I.

Denique
de beato Iob dicitur
quia erat uir ille simplex et rectus
(Iob 1:1);
simplex uidelicet per innocentiam
mansuetudinis, rectus per cautelam
discretionis, simplex quia nullum laedere
immo cunctis prodesse desiderabat,
rectus quia se a nullo corrumpi
permittebat.

Beda Venerabilis, *In Prouerbia*
Salomonis libri III., 1, 2 (CCSL 119B,
D. Hurst & J.E. Hudson eds., p.35,
ll.69-73).